

cœlos, et pluviam in promissionis terrâ omnium maximè necessariam compresserat, (quæ, ut habes Deut. c. 11. v. 11, irrigua non est, sed montosa, et campestris) sacerdotum prophetarumque sedulitas, et ardens studium extinguendæ religionis veræ, et amplificandæ illius quæ Baali divinum impendebat obsequium, quàm Eliæ votum et oratio. Quare postquàm extincti sunt prophetæ et sublata populi publica perniciës, atque Baalis manifestis indicibus explorata futilitas, certus de pluvîâ imminente, dixit Elias ad Achab, qui præsens spectabat ad

sept fois, c'est-à-dire, plusieurs fois, et de soupirer long-temps après cette divine rosée du ciel qui ne se donne qu'à une terre beaucoup altérée, parce qu'étant d'un prix infini, comme une chose qui a coûté la vie même au Fils de Dieu, il est bien juste que ceux à qui il la donne sachent l'estimer par la peine que l'on a à l'obtenir.

Saint Augustin, qui a commencé, comme on l'a fait voir, à expliquer d'une manière spirituelle cette histoire, continue à nous donner une semblable explication des dernières circonstances que l'on vient de rapporter. « Elie, dit ce Père, est la figure de notre Sauveur. Ainsi, lorsqu'il a prié et qu'il a offert le sacrifice, il nous figurait Jésus-Christ priant et s'offrant lui-même comme un sacrifice très-pur pour tout l'univers. Elie a prié sur le mont Carmel, et Jésus-Christ sur le mont des Oliviers. Elie a prié pour faire tomber la pluie sur la terre, et Jésus-Christ a prié pour faire descendre la grâce du ciel dans le cœur des hommes. Ce que dit Elie à son serviteur, d'aller sept fois regarder du côté de la mer, marquait les sept dons de la grâce du Saint Esprit, qu'il devait répandre sur toute l'Eglise. Et cette petite nuée qu'il vit s'élever de la mer figurait la chair même de Jésus-Christ, qui devait naître dans la mer du monde. Et afin que l'on n'en pût douter, il ajoute que cette nuée était comme le pied d'un homme, c'est-à-dire, de cet homme qui demandait aux Apôtres, en parlant de soi, ce que l'on disait du Fils de l'homme. De même donc qu'après trois ans et demi de sécheresse, la pluie descendit du ciel à la prière d'Elie, aussi à l'avènement du Sauveur, après trois années et demie de sa prédication évangélique, la pluie de la parole de Dieu arrosa heureusement toute la terre. Et comme Elie, cet ancien prophète, fit mourir tous les prêtres des idoles, de même le véritable Elie, qui est notre Seigneur Jésus-Christ, ayant paru dans le monde, a détruit et anéanti toutes les superstitions sacrilèges au paganisme. C'est là ce que ce grand saint appelle un trésor très-précieux pour le sage, et une viande spirituelle propre pour nourrir les âmes qui s'appliquent à l'intelligence des divins mystères. Car lorsqu'on découvre ainsi par une humble et pieuse méditation les plus grands objets de notre foi sous l'écorce de la lettre et de l'histoire, on s'enflamme, dit le même Père, d'un saint désir d'y chercher de quoi nourrir de nouveau sa piété. (Sacy.)

torrentem Cison, publicum illud et horribile prophetarum exitium, ut ascenderet, nempe in montem Carmelum, ubi etiam sacrificiis intererat, et se ibi cibo maturè reficeret, et quamprimùm se ac suos expediret ad reditum, ne illos gravis pluvia, cujus ipse jam sonum et fragorem audire videbatur, opprimeret. Erat autem multùm ut apparet, temporis transactum à meridie: nam ad meridiem usque productum est Baalitarum sacrificium, inde inchoatum, perfectumque, quod immolavit Elias, in quo non exiguam moram positam oportuit, cum excitasset altare, adduxisset aquam effudissetque, donec areolam, seu aqueductum impleret; ac tandem deductos prophetas ad torrentem Cison omnes ad unum occidisset. Cum ergo rex, ut est verisimile, ad illum usque articulum rerum eventum jejunos expectasset, jubet propheta, ut cibum capiat securus de pluvîâ et de meliori in posterum fructuum proventu.

VERS. 42. — ELIAS AUTEM ASCENDIT IN VERTICEM CARMELI, ET PRONUS IN TERRAM POSUIT FACIEM SUAM INTER GENUA (1). Dùm Achab post

Porrò Abulensis hinc colligit, Eliam ab hoc tempore quo in monte Carmelo cœlitus ignem devocavit, eoque Baalitas prostravit, habitationem suam in eodem ad memoriam tanti beneficii et miraculi deinceps fixisse, atque eodem confluisse ad ipsum plures viros religiosos, qui se totos Deo, orationi et divinis rebus laudibusque tradebant. Quos post Christum imitati sunt, qui in eodem monte religiosè Deum coluerunt, indeque orta est antiqua et sancta Carmelitarum religio et familia. Unde septem summi pontifices, Sixtus IV, Joannes XXII, Julius III, Pius V, Gregorius XIII, Sixtus V et Clemens VIII, in Bullis huic ordini concessis, de professoribus hujus sacri instituti ita loquuntur: « Tanquàm religionis speculum et exemplar claritate fulgentes, sanctorumque prophetarum Eliæ et Elisei, et aliorum patrum qui montem sanctum Carmeli juxta Eliæ fontem habitârunt, successionem hereditariam tenentes. » Unde et Sixtus V huic religioni concessit, ut Eliam et Eliseum tanquàm suæ institutionis patronos coleret, dies festos in eorum honorem celebrando propriæ officia in eorum memoriam recitando, quod et ipsa religio studiosè servat, et in ipso officio nomen et solemnitate patroni Eliæ tribuunt.

Hinc et Niceph. lib. 8, cap. 3, asserit Helenam magni Constantini matrem in Carmelo templum ædificasse Eliæ prophetæ. Sanè tempore Eliæ et Elisei, in Carmelo fuisse oratorium, vel synagogam, ad quam festis diebus populus conveniret tum orationis causâ, tum ut Eliam, Eliseum et similes concionatores audiret, satis significatur lib. 4 Reg. 4, 23, idque ibidem docent Lyran., Abulens. et alii. Porrò etiamnum Carmelitæ Eliæ festum solemnè celebrant die 20 Julii, quo die Elias Martyrologio Romano adscriptus est. Vide

prophetarum cædem vadit ad capiendos cibos. Elias ad Carmeli verticem ascendit, ut ardentius oret, et pluviam sibi paulò ante promissam, aut excipiat oblatam, aut tardantem acceleret. Quo porrò corporis habitu Elias oraverit, obscurum est. Cajetanus hic duas actiones, et duos orandi modos agnoscit. Primùm enim putat prostravisse se prophetam, et in faciem corruisse, sicut fecit antea, cum Sarephthana viduæ filium excitaret; deinde sedisse in terrâ, ac inter genua posuisse faciem; aut certè prius stravisse se in faciem, ut gratias ageret pro re benè gestâ; deinde mutato corporis habitu orasse pro pluvîâ. Abulensis, q. 35, non putat faciem propriè positam inter genua, quia illa corporis dispositio et difficilis est, et devotioni non admodum idonea; sed inclinatum credit prophetam, et faciem etiam inclinatam ad genua. Idem propè historia Scholastica. Alii ita accipiunt corporis figuram sicut sonat littera, ita ut verè faciem genibus inclu-

Suaresium lib. 2 de Religione, capite 10. Extat in Biblioth. Patrum, tom. 4 editionis tertie Coloniensis, p. 725, liber Joannis XLIV, Jerosolymorum episcopi, ad Caprasium, de institutione monachi, in quo Carmelitarum institutum per omnia ab Eliâ derivatum ostenditur, quem librum nonnulli recentiores vetustum esse autumant, auctoremque faciunt Joannem Jerosolymitanum episcopum, qui vixit tempore S. Hieron., et ab eo velut Origenista notatus est; sed id multis refutant doctores Colonienses in præfat. libri, ac Baronius tom. 5, anno Christi 444, et Bellarm. de Script. eccles. pag. 95, qui censent, stylum esse hominis Latini, et posteriorum temporum.

Denique Salomon montis hujus meminit Cantic. 7, 15, dicens: *Caput tuum ut Carmelus*. Vide ibi dicta. Porrò Carmeli nomen aptè representat statum religionis, tum quia hic piis institutis et meritis abundat, sicut Carmelus frugibus et fructibus; tum quia Carmel Hebraicè idem est quod *scientia circumcissionis*, scilicet mortificationis, passionum, cupiditatum et affectuum terrenorum, quæ discitur in religione, quasi in propriâ hujus rei scholâ.

Quamobrem jure S. Hieronymus hos omnes quos diximus, veteris Testamenti monachos vocat, idemque alio loco seipsum monachis annumerans: *Noster*, inquit, *princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces filii prophetarum*; quod iisdem penè verbis dicit Isidorus lib. 2, cap. 15, qui in libro de ecclesiasticis Officiis hunc utrumque et cæteros prophetas *monachorum* appellat *principes*. Ad quos etiam accedit apertè Cassianus lib. 1, cap. 2, qui ab iis ait monasticæ professionis primordia esse fundata. Elias enim sine uxore, sine liberis, sine familiâ castam cœlibemque semper egit vitam; in tantâ insuper paupertate, ut vestium loco, zonâ pelliceâ amictus describatur; victum autem modò à viduâ, modò à corvo quasi mendicatum acciperet. (Corn. à Lap.)

serit atque inseruerit Elias. Sic Chrysostomus in Psal. 129, Aug. serm. 201 de Tempore. Et in eâ positione aliquid inveniunt quod maximè videatur ad orantis affectum, et ad sollicitandam divinam misericordiam opportunum. Eo enim habitu est fœtus in maternis adhuc visceribus inclusus, conglobatus videlicet in seipsum, eâ specte, quâ nulla videtur fingi posse miserior, quâ clamat ad Deum, sibi ut liceat lucem aspicere, et auram ducere vitalem. Quod explicuit optimè Isidorus lib. 11 Orig. cap. 1: « Genua, inquit, sunt commissores femorum et crurum, et dicta genua, eò quòd sint in utero genis opposita; cohærent enim sibi, et cognata sunt oculis lacrymarum indicibus et misericordiæ: nam à genis genua dicuntur. Denique complicatum gigni, formarique hominem dicunt, ita ut genua sursum sint, quibus oculi formentur, ut cavi et reconditi fiant. Ennius genua comprimit aretâ genâ: inde est quòd homines dùm ad genua se prosternunt, statim lacrymantur. Volut enim eos natura uterique terni rememorari, ubi quasi in tenebris considebant, antequam ad lucem pervenirent. »

Hoc ipsum dixit Aristoteles lib. 7 de Histor. animal. cap. 8: « Homo in semet conglobatus sic gestatur, ut nasus inter genua, oculos super genua, aures extra genua habeat. »

Sed est adhuc dubium an in hanc figuram se complicarit Elias sedens, aut humi stratus. Cajetanus sedisse putat; et quidem quomodò aliter caput genibus inserere poterit non video, nisi admodum indecorè. De hac re nihil ab auctoribus definitum invenio. Si propriè caput genibus insertum statuamus, placet quod putat Cajetanus: neque enim alio corporis habitu, nisi distorto corpore fieri potest. Quòd si, ut putabat Abulensis, caput potiùs est inclinatum ad genua, et non propriè genibus insertum, utrumque videtur non difficile, neutrum certum. Qui enim in mœrore sunt, et femina præcipue, caput demittunt ad genua, ne lucem videant, aut aliquid hauriant, quod exhilaret animum, ut faciunt plerùmque viduæ, cum conjuges primùm amiserunt. Neque mihi difficile est, quando textus, præsertim Latinus, non in unam magis quàm in alteram partem pronus est, si prostratum humi dicamus Eliam, et faciem ejus appressam pulveri, ita tamen ut corpus non tam sit stratum et extensum, quàm curvatum et nixum genibus, et ab illis non procul statuto capite, quomodò convertunt Septuaginta: *Inclinavit se in terram, et*

posuit faciem suam inter genua sua. Eodem modo Chaldaeus et omnes recentiores interpretes, et clarius Hispanica translatio: *E descendiose de ventre en tierra*. Qui orandi modus Hebraeus erat in summo dolore, aut orandi studio non inusitatus. Quem orandi modum audio etiam nunc quibusdam peregrinis nationibus familiarem, quæ incurvato corpore terram osculantur, quod fieri nullo modo potest, nisi facie genibus aut applicatâ, aut proximâ.

VERS. 45. — ET DIXIT AD PUERUM SUUM: ASCENDE, ET PROSPICE CONTRA MARE. Non dubitabat Elias venturam esse pluviam, eamque ingentem, cuius sonitum paulò ante audisse videbatur; cupiebat tamen illam advenire quamprimùm, ut et propheticam statim liberaret fidem, et morentes animos populi solaretur, quem vehemens tunc urgebat fames, et spe promissæ pluviae dolorem suum utcumque sustentabat. Quare iterum ac sæpius dimittit puerum, quem secum adduxerat, ut versus mare, Mediterraneum opinor, intueretur, si qua nubes inde in aere concreveret. Cùmque sexies missus nihil vidisset, iterum atque iterum se dedit in preces, donec tandem septimò missus videre se dicit nubeculam parvam ascendentem è mari, quale hominum solet apparere vestigium. Tunc verò ingruere vehementem pluviam odoratus per eundem puerum, regem admonuit ut quamprimùm ascenderet currum, ne illum in aperto loco tempestas deprehendat.

Quidam hunc puerum esse putant filium Sarephthanae viduae, quem Elias paulò ante excitarat à mortuis. Alii Jonam esse putant, quem Sarephthana mater in Eliæ disciplinam et societatem tradidit, ut illi esset assiduus, et servilem quoad posset et liceret, operam præstaret. De hac re pluribus Joannes episcopus Hierosolymitanus c. 120, t. 9 Bibliothecæ. Alii ista non probant, quorum ego sententiæ libentius adhæreo. In hac nube S. Joannes episcopus Hierosolymitanus agnoscit B. Virginem, et ex nubis proprietate, quæ ascendens ex mari amaro, nihil tamen inde trahit amaritudinis, sine ullâ maculâ ortam esse dicit, B. Virginem conceptam, credo, intelligit, quia sicut nubes nihil habet amarum, cùm oritur è mari, sic etiam è mari nihil concipit amaritudinis. (1)

(1) VERS. 44. — ECCE NUBECULA PARVA QUASI VESTIGIUM (PEDIS) HOMINIS ASCENDEBAT DE MARI. Hebraeus: *Parvula quasi vola hominis*; Vatablus: *Ad magnitudinem vola hominis*; Chaldaeus: *Nubes parva sicut vola manus hominis*

VERS. 45. — CUMQUE SE VERTERET HUC ATQUE ILLUC, ECCE COELI OBTEBRATI SUNT. Dubium est quis sit iste qui se huc atque illuc assidue versabat. Existimare non nemo posset fuisse Eliam, qui cùm signum vidisset instantis pluviae, aut præ gaudio, quia res successerat ex voto, aut præ sollicitudine, ne nubes illa evanesceret, et expectationem, tam suam quam aliorum relinqueret hiantem; huc se atque illuc sollicitus versabat, atque anxius, quod homines in gravi aliquâ sollicitudine ac metu frequenter faciunt, quos uno in loco affectus ille acriter incitatus consistere non sinit. Aut certè orationis ardor et studium, sicut animum, qui maxime in eo orationis æstu laborat, sic etiam corpus in has atque illas partes impellit. Quod etiam accidisse videtur Eliseo lib. 4 Reg. c. 4, v. 55, qui cùm esset intentus excitando puero, et jam super eum incubisset, *deambulavit in domo semel huc atque illuc*. Tunc autem orasse vehementius, ut magis se ad alteram incubationem compararet. Verumtamen placet magis communis sententia, quæ hæc de Achab accipit, cui, cùm maturè ab Eliâ foret per famulum admonitus, ut sunt regum tarda molimina, et illorum incessus impediti, dum alia atque alia aut meditantur, aut curant, aut etiam quia non satis sibi persuaserat instare pluviam, extractum est aliquantum temporis: interim verò incubuit tempestas, et regem tardius molientem occupavit, qui tandem conscenso currû venit in Jezrael.

VERS. 46. — ET MANUS DOMINI FACTA EST (1)

ascendit de Occidente, id est, de mari Mediterraneo; hoc enim est ad occidentem Judææ.

Nota: *Vola* tam de pedibus quam de manibus dicitur: Hebraeus enim *caph*, id est, *vola*, propriè est curvitas, sive concavitas tam pedum quam manuum, imò et cochlearium aliarumque rerum curvarum; Chaldaeus hic accipit *volam manus*; noster verò *volam pedum*, unde vertit, *vestigium hominis*, idque congruentius: videbatur enim Deus hic in nube, quasi pedibus descendere ad dandam Israeli pluviam, et terram fœcundandam.

(1) *Manus*, id est, vis, virtus, alacritas, agilitas ad currendum; q. d.: Deus dedit robur, vires et alacritatem Eliæ, ut licet ipse esset jejunos, fessus, et debilis ex longâ concertatione cum Baalitis, item ex prolixâ oratione, sacrificio et impetratione pluviae, tamen curreret, imò præcurreret currum Achab, qui concitatis equis procurrebat, ut pluviam evaderet. *Currebat* ergo Elias, ut Achab et Israelitæ agnoscerent auctore Deo datam esse pluviam per preces Eliæ: item ut officium honorarium præstaret regi suo Achab, eum stipando, præeundo et præcurrando.

(Corn. à Lap.)

SUPER ELIAM, ET ACCINCTUS LUMBIS CURREBAT ANTE ACHAB. Manus Domini, opus Domini significat: tunc autem dicitur super aliquem fieri, cùm aliquid inspiratur, aut mittitur à Deo, quo ho-

« Le plus grand prophète, le premier ministre de l'Éternel, s'écrie Voltaire, courir comme un valet de pied devant la charrette du roi d'Israël! » Suivant ce critique, les envoyés de Dieu devraient être choisis parmi les hommes puissants, parmi les riches du siècle; il en a cependant été autrement, soit dans l'ancienne loi, soit dans l'établissement et la propagation de la nouvelle; et ces prédicateurs, ces ministres à pied ont changé la face de la terre, et sont encore l'objet du respect et de la vénération des peuples.

« Mais pourquoi courir? » C'était pour convaincre Achab que, quoique le ciel fût serein, l'orage allait venir si promptement qu'il serait impossible de l'éviter, si l'on ne faisait pas la plus grande diligence.

CAPUT XIX.

1. Nuntiavit autem Achab Jezabel omnia quæ fecerat Elias, et quomodo occidisset universos prophetas gladio.

2. Misitque Jezabel nuntium ad Eliam, dicens: Hæc mihi faciant dii et hæc addant, nisi hæc horâ cras posuero animam tuam sicut animam unius ex illis.

3. Timuit ergo Elias, et surgens abiit quodcumque eum ferebat voluntas; venitque in Bersabee Juda, et dimisit ibi puerum suum.

4. Et perrexit in desertum viam unius diei. Cùmque venisset, et sederet subter unam juniperum, petivit animæ suæ ut moreretur, et ait: Sufficit mihi, Domine; tolle animam meam; neque enim melior sum quàm patres mei.

5. Projecitque se, et obdormivit in umbrâ juniperi. Et ecce angelus Domini tetigit eum, et dixit illi: Surge, et comede.

6. Respexit, et ecce ad caput suum subcinericius panis et vas aquæ: comedit ergo et bibit, et rursùm obdormivit.

7. Reversusque est angelus Domini secundo, et tetigit eum, dixitque illi: Surge, comede, grandis enim tibi restat via.

8. Qui cùm surrexisset, comedit et bibit, et ambulavit in fortitudine cibi illius, quadraginta diebus et quadraginta noctibus, usque ad montem Dei Horeb.

9. Cùmque venisset illuc, mansit in spelunca. Et ecce sermo Domini ad eum,

minimum aut illustratur mens aut incitatur animus, ut aliquid arduum aut bonum aggrediatur et efficiat. Quo modo lib. 2 Par. c. 30, v. 12, dicitur facta in Juda manus Domini, ut corde uno facerent juxta præceptum regis: sic etiam nunc facta dicitur super Eliam Domini manus, et inditus novus animus et spiritus, ut tonante et fulgurante celo non solum sequeretur, sed etiam antecederet regum currum, neque timeret indignationem illorum qui eadem prophetarum dolerent, et illam studiosè conarentur ulcisci; qui sanè in Jezraele esse poterant non pauci, cùm ibi esset Jezabel, de cuius mensâ tot illi, aut illorum multi prophetæ comedebant. Sed inspirante Deo vires et audaciam, superavit hæc omnia, et in civitatem illam regiam omnium primus intravit.

CHAPITRE XIX.

1. Achab ayant rapporté à Jézabel tout ce qu'Elie avait fait, et de quelle manière il avait tué par l'épée tous les prophètes de Baal,

2. Jézabel envoya un homme à Elie pour lui dire: Que les dieux me traitent dans toute leur sévérité si demain, à la même heure, je ne vous fais perdre la vie, comme vous l'avez fait perdre à chacun de ces prophètes.

3. Elie eut donc peur, et s'en alla partout où son désir le portait; et étant venu à Bersabée, en Juda, il y laissa son serviteur.

4. Il fit dans le désert une journée de chemin; et étant venu sous un genévrier, il s'y assit, et, souhaitant la mort, il dit à Dieu: Seigneur, c'est assez; retirez mon âme de mon corps, car je ne suis pas meilleur que mes pères, qui sont morts aussi.

5. Et il se jeta par terre, et s'endormit à l'ombre du genévrier. Et voilà qu'un ange du Seigneur le toucha, et lui dit: Levez-vous et mangez.

6. Elie regarda, et vit auprès de sa tête un pain cuit sous la cendre et un vase d'eau. Il mangea donc et but, et il s'endormit encore.

7. L'ange du Seigneur, revenant une seconde fois, le toucha encore, et lui dit: Levez-vous et mangez, car il vous reste un grand chemin à faire.

8. S'étant levé, il mangea et but; et, fortifié par cette nourriture, il marcha, quarante jours et quarante nuits, jusqu'à Horeb, la montagne de Dieu.

9. Y étant arrivé, il demeura dans une caverne; et le Seigneur, lui adressant sa parole, lui dit: Que faites-vous ici, Elie?